



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Mater Amoris Et Doloris

Ginther, Anton

Augustæe Vindelicorum, 1711

VD18 15312348

Consideratio LXIV. B. Virgo olim Dolorosissima, nunc Gloriosissima triplici corona à SS: Trinitate coronatur. Emblema. Corona argentea, ferrea & aurea B. Virginis legitimè certanti offertur, cum ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47286](#)

CONSIDERATIO LXIV.

B. Virgo olim dolorosissima , nunc gloriosissima tripli coronâ à SS. Trinitate in cœlo coronatur.

Cursu completo.



Veni de Libano Sponsa mea, veni de Libano, veni: coronaberis. Cant. 4. 8.

I. Ria quondam vota Magnus ille Aurelius Augustinus habuisse perhibetur: Videre Christum in carne versantem, Paulum concionantem, & Romam triumphantem. Si parva licet componere magnis, optasse ego (si ita dicere fas est) per cœlorum rimas incomparabilem illum

Ecclesi. 24. 24. spectare triumphum, quo gloriosissima Virgo & Mater non amplius doloris, sed pulchra dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei super dilectum Filium innixa inter Archangelorum & cœlestium Spirituum myriades

myriades ad cœlos assumpta , atque triplici aureolâ & coronâ à SS. Trinitate redimita est ; ô quis dicet , quali cum pompa & majestate ? & quis concipiatur animo ?

Olim potentissimi S. R. I. Imperatores triplici coronâ erant cincti , Philipp. & ornati , inter quos unum in apicum produco Carolum V. Germanorum Herculem invictissimum , qui anno salutis nostræ 1520. die 29. alij in vit. Octobris Aquisgrani coronâ ferreâ , paulò post Mediolani coronâ argenteâ , & demum Bononiae in Italia anno 1530. die 24. Februarij à Clemente VII. Pont. Max. in magnifico templo S. Petronij coronâ aureâ solemnî cum pompa coronatus est .

Plus hâc in exaltatione & coronatione olim dolorosissimæ , sed nunc gloriofissimæ Matri DEI MARIAE , quæ exactissimè quondam in terra inter mortales conversata , consilium Filij observavit : Recumbe in novissimo loco , hinc semper inter omnes novissima vocari , & haberi volunt : Hi omnes erant perseverantes unanimiter in oratione cum mulieribus & Att. 1. 14.

MARIA Matre JESU . Proinde jure meritissimo à dulcissimo Filio nunc audire meruit : Ascende superius , & quidem super omnes Angelorum & Beatorum choros , tanquam omnium creaturarum honoratissima ; illi enim omnes servi ac subditi erant , hæc autem Mater Dei & Regina omnium , cui subditus erat ipse Dei Filius , hinc dignissima , ut à Filio dialemate coronaretur nobilissimo , neque unâ duntaxat sed triplici coronâ , seu aureolâ : Virginum , quia per perfectissimum carnis dominium longo intervallo omnes Virgines superavit ; Doctorum , quia Doctrix Doctorum erat , Apostolorum , Evangelistarum & omnium Christianorum ; & Martyrum , quia plus omnibus (si objectum respicis) etiam collectivè sumptis , passa est , eorumque Regina merito appellanda .

2. Et hoc est , ad quod pulcherrimè quondam allusit Sponsus ille candidus & rubicundus : Veni de Libano , Sponsa mea , veni de Libano , Cant. 4. 8. veni : coronaberis de capite Amana , de vertice Sanir , & Hermon , de cubilibus leonum , de montibus pardorum . Enimvero ô gloriofissima Virgo ! haec tenus in terra per totū vitæ tuæ curriculum inter hostes & persecutores , in cubilibus leonum & in montibus pardorum habitasti , Filij infamis apud Judæos infamis Mater , innumeris circumdata doloribus , ab illa enim hora , quâ Filium tuum castis concepisti visceribus , cum illo in cruce usque ad vitæ tuæ finem fuisti : In signum igitur , subintrat hâc S. Bernhardinus Senensis , quod crucifixa crucifixum conceperis , ordinavit din. Sen. To. summa Sapientia Dei , quod eodem die Christum conceperis , quo etiam fuit 3. ser. 6. art. passus ; longè constantior , quam quondam Respha , quæ strato subter se 2. Reg. 21. 10. in

in petra cilicio, & in eo cubans, duobus filijs suis ob alienam & publicam culpam à Gabaonitis crucifixis, ut totius populi in fame & ariditate fierent piaculum, tam diu fidelis mater, ne à canibus, avibus aut feris eorum cadavera dilaniarentur, sub dio perdia & pernox immota adstitit, donec in commodum totius regni cœlum desideratas stillaret pluvias. Plus pientissima Virgo, quæ cum crucifixo Filio suo per omnem vitam suam crucifixa fuit, proinde dignissima, ut à SS. Trinitate audiret: *Veni: coronaberis*, non unâ, sed triplici coronâ, hoc enim insinuat triplex illa amicissima Divini Sponsi invitatio: *Veni, veni, veni*.

Dixi; Imperatores triplici fuisse insignitos coronâ: Argenteâ, ferrâ & aureâ; ita & SS. Virgo, argenteâ in mysterijs gaudiosis, ferrâ in mysterijs dolorosis, & aureâ in mysterijs gloriosis. Mariane Lector! recita diligenter rosarium tuum, & triplici hâc coronâ SS. Deiparam coronâsti. Juvat hîc audire Cornelium à Lapide: *B. Virgo*, inquit, evocata est ex Libano, Amana, Hermon, & Sanir, cum ex Iudea & hoc mundo evocata est ad Christum in cœlum, ibique coronata Regina cœli & terra cum triplici aureola scilicet eminentis virginitatis, doctatoris, & martyris: sunt enim ipsa primiceria Virginum, Doctorum & Martyrum. Hanc triplicem coronam tibi Mariophile! in nostro Emblemate præsentamus cum inscripto:

Cursu completo.

S. Ambry. &c. Ita est: *Tolle Martyrum certamina*, ait S. Ambrosius, tulisti coronas, *tolle cruciatus, tulisti beatitudines*; sic oportuit Christum pati & dolorosam Marem ejus, & ita, & ita, & non alio modo intrare in gloriam suam; & tu delicate miles, quaeras aliam viam? *Ipse quidem*, sunt verba S. Chrysostomi, per tribulationes pervenit, tu autem per requiem vis ire? *Quomodo ergo sequeris non sequens?* Quomodo coronaberis, si non certaveris?

Esth. 2. 17. 3. De Esther recensent sacræ Paginæ, quia corporia & animi pulchritudine, modestiâ morum, gratiâ & sanctitate vitæ omnes mulieres tum temporum intervallo superabat, ideo ab Assuero potentissimo Persarum Monarcha speciali amore præ cæteris omnibus fuisse dilectam; in quem finem eam non duntaxat sponsam, sed etiam in Reginam elegit, propriisque manibus coronam regni capiti ejus imposuit: *Et posuit diadema regni in capite ejus.*

Plus hîc quam Esther. O pientissima Virgo! tu illa formosa es, in credibili pulchritudine prædita, omnium oculis grata & amabilis, quam Pater æternus in Filiam, Filius in Matrem, & Spiritus S. in Sponsam

*Cornel. in
Cant. 4. 8.*

Samelegit, hinc non uno, sed triplici diademate coronata es, Pater enim coronavit te coronâ potentiae, Filius scientiae ac sapientiae, & Spiritus S. charitatis & pietatis: *Esther Regina est B. Virgo MARIA*, inquit Doctor S. Bonav. in Seraphicus, que ducta est in cubiculum Regis in assumptione, in cubiculum Speculo. c. 7. quietis eterna, gratiam veri Regis habens super omnes mulieres, id est, super omnes intelligentias Angelicas, & super omnes beatas animas, ut sit in MARIA gratia super gratiam omnium Beatorum: Nam revera in capite ejus Rex Regum diadema regni posuit tam impretiabile, tam delectabile, tam mirabile, quod hoc omni lingue inenarrabile, omni ingenio inscrutabile est.

4. Recordor hic illius coronæ, quâ David quondam à regni sui proceribus, principibus ac satrapis ob expugnatam munitionem Rabbath, tanquam Victor glriosus coronatus est. Audi Scripturam : Con. 2. Reg. 12. 29.
gregavit itaque David omnem populum, & profectus est adversum Rabbath: Cùmque dimicasset, cepit eam. Et tulit diadema Regis eorum de capite ejus, pondo aurum talentum, habens gemmas pretiosissimas, & impositum est super caput David, &c.

Quid commemoro inaugurationem, inunctionem & coronationem
sapientissimi Solymæorum Regin? Sumpsitque Sadoc Sacerdos cornu olei 3. Reg. 1. 39.
de tabernaculo, & unxit Salomonem: & cecinerunt buccinæ, & dixit om-
nis populus: Vivat Rex Salomon: & ascendit universa multitudo post eum,
& populus canentium tibijs, & letantium gudio magno, & insonuit terra
aclamore eorum.

De Mardochæo habet Scriptura: *Mardochæus autem de palatio & Esther. 8. 15.*
de conspectu Regis egrediens, fulgebat vestibus regijs, biacinthinis videlicet &
aereis, coronam auream portans in capite, & amictus serico pallio atque pur-
poreo; omnisque civitas exultavit, atque letata est.

Arca illa Fœderis Domini intus & foris auro purissimo vestita, Exod. 37, 2.
preciosâ quoque coronâ à Beseleel ornata est: *Et fecit illi coronam auream per gyrum.*

Facebat cum his umbris. Arca animata purissimo charitatis auro
vestita, B. Virgo & Mater IESU erat, dulce manna & panem viuum,
qui de celo descendit, in se continens. Hanc SS. Trinitas post tot de-
cumanos exantatos in terra labores ac dolores, velut dignam coeli, ter-
taeque Reginam coronare statuit; & quam coronauit?

Et in capite eius, ait dilectus Christi Discipulus, corona stellarum duodecim, ad significandum, quod tot digna sit coronis, quot omnibus convenient prae destinatis, in duodecim ipsis lucidissimis stellis indicatis. O beatissima Virgo! o dignissima Mater Dei! o p̄iissima Mater nostra!

Mater Dolorosa. *Uuu* *quan-*

quantum jam mutata ab ipsa es? Olim in cruce, nunc in luce; olim mai-
lierum novissima, nunc prima; olim cum Filio in ligno pendente ma-
ledicta, nunc inter omnes benedicta; olim dolorum, nunc gaudiorum
pelagus; olim lacrymis, nunc Divinis affluens delicijs. O quantum su-

Apoc. 12. 1. *S. Bonav. in Spec. B.V. c. 8.* pgressa es creature universas! tu es illud signum magnum, quod ap-
paruit in cœlis: Mulier amicta sole, & luna sub pedibus tuis: *Tu ipsa es,*

Spec. I. 48. *Anc. 1. 48.* *4. Reg. 10. 5.* *Gen. 12. 13.* ait S. Bonaventura, *quod majorem Dens facere non potest: Majorem mun-*

dum facere potest Deus, majus cœlum facere potest, majorem Matrem, quam

Matrem Dei, non potest facere Deus. O Domina! nunc tandem adim-

pletum est illud tuum vaticinum: *Beatam me dicent omnes generationes,*

quia fecit mihi magna, qui potens est, & sanctum Nomen ejus, quia sic à SS.

Triade coronata Dominatum in omnes creature accepisti, omnes enim

qui Christo Filio tuo serviunt, & tui servi sunt: *Servi tui sumus, quecumque*

jussieris, faciemus. O Domina totius universi! ô cœli terræque Imper-

ratrix, cui à Filio data est omnis potestas, & in manu tua vita & mors:

Dic, obsecro, quod soror nostra sis, ut benè sit nobis propter te, & vivat ani-

ma nostra ad gratiam tui, &c.

5. Verum progrediamur ulterius. Anno nostræ salutis 1690. die
19. Januarij vidimus Augustæ Vindelicorum præsentes, quâm festivo
Serenissimorum Electorum cum applausu, Procerum Germanorum
pompâ, & jubilo totius populi in Imperatricem Romanorum fuit co-
ronata Serenissima Eleonora, Magdalena, Theresia, Sacrae Cæsareæ &
Regiæ Majestatis, Leopoldi Primi Romanorum Imperatoris semper
Augusti Augusta ac dignissima Conjunx. Ubi omnia tandem de more
ad tantam solemnitatem adornandam erant parata, & sacrum Officium
ab Eminentissimo S. R. I. Electore Primario, & Archi-Episcopo Mo-
guntino, assistentibus Serenissimo Colonensi & Eminentissimo Trevi-
rensi, & alijs Episcopis ac Prælatis usque ad Evangelium inclusivè erat
decantatum, surrexit è throno suo parentissimus Imperator, pius & justus
Leopoldus, in capite suo inæstimabilis pretij gestans coronam & dextrâ
regale Sceptrum, manudicens ad altare Serenissimâ Reginam ac Conso-
rtem suam, ab Eminentissimo Consecratore Moguntino in Cathedra con-
fidente, assistentibus (prout dictum est) Trevirensi & Colonensi, in Im-
peratricem coronandam, & inaugurandam, quem Consecratorem & Pontifi-
cem Imperator hisce verbis altâ & gravi voce allocutus est: *Postulamus, in-*

quiebat, Reverendissime Pater! ut Consortem nostram, nobis à Deo conjunctam,

benedicere & corona Imperiali decorare dignemini, ad laudem & gloriam

Salvatoris nostri JESU Christi. Ad quod Pontifex Reginam talem in mo-

*Ex Romano
Pontificali.*

dum à Cæsare præsentaram certis precibus, ex Pontificali Romano de-
sumptis, benedixit, & à DEO T. O. M. omnem ei felicitatem ac bo-
num precatus est; exinde dexterum illius brachium & inter scapulas
oleo Cathecumenum inunxit: tum adjuvantibus Eminentissimis Ar-
chiepiscopis & Electoribus Coloniensi ac Trevirensi coronam Imperia-
lem ejus capiti imposuit, dicens: *Accipe coronam gloriae, ut scias, te esse
consortem regni. populoque Dei semper prosperè consulas, & quanto plus ex-
altaris, tantò amplius humilitatem diligas, in Christo IESU Domino nostro.*
Peracta hac coronatione Pontifex Consecrator Reginæ Sceptrum in ma-
nu tradidit: *Accipe, inquiens, virgam virtutis ac veritatis, & esto paupe-
ribus misericors & affabilis: Viduis, pupillis & orphanis diligentissimam cu-
ram exhibeas, ut omnipotens Deus angeat tibi gratiam suam, qui vivit &
regnat in secula seculorum.* Quibus omnibus summa cum solemnitate
peractis, Imperatrix in vestitu deaurato in throno collocata est, ubi no-
vus Procerum & præsentis populi in Ecclesia Cathedrali audiebatur ap-
plausus & aggratulatio, multos annos & omnem felicitatem huic Sere-
nissimæ ac Clementissimæ Imperatrici suæ appreantium.

Anima Christiana! surgamus altius, & ab Ecclesia militante ad
triumphantem in mente nostra ascendamus. Et quid video? Ecce pos-
tus est thronus Matri Regis. Et quænam illa Mater Regis cœlestis? quæ
priùs steterat sub probrofissima cruce, habitavitque hactenus inter tot
primitivæ Ecclesiæ persecutiones in monte Libano, hoc est, in Jerusa-
lem in monte Sion, in cubilibus leonum, & in montibus pardorum in-
ter hostes infensissimos, Iudibrium Pontificum, populi, carnificum,
nunc sub triumphanti crucis vêxillo gloriosissima Mater JESU à Spi-
tu S. ejus paronympho & ab universa curia cœlesti ad coronationem in-
vitatur: *Veni de Libano, sponsa mea, veni de Libano, veni: coronaberis. Cant. 4. 2.*
Consecrator & summus Pontifex erit ipse Pater æternus, ad quem Filius,
assistente Spiritu S. SS. Matrem suam manu apprehensam adducit, nunc
in Reginam & Imperatricem omnium Angelorum & hominum inau-
gurandam & coronandam: *Postulamus, inquit, Reverendissime Pater!*
ut Consortem, imò Matrem nostram, nobis à te Deo conjunctam, benedicere
& coronâ Imperiali & cœlesti decorare dignemini, ad landem & gloriam Sa-
crosancti Nominis tui. O quis dicet, quo affectu hæc beatissima & humili-
lma Virgo SS. Trinitatem adorârit, atque venerata sit; quæ submis-
sa ei pro tor donis gratias egerit, quantâ submissione ejus SS. voluntati
se subjicerit? Credo, SS. illam animam penitus tunc esse liquefactam
præ tanta dulcedinis & inæstimabilis gaudij magnitudine. Et quis ani-

Judith. 13. mo comprehendat, quâ charitate & affectu eam benedixerit Pater æternus : *Benedicta es tu Filia à Domino Deo excelso præ omnibus mulieribus super terram.* *Benedictus Dominus,* qui creavit cœlum & terram, qui te direxit in vulnera capitis inimicorum nostrorum : quia hodie nomen tuum ita magnificavit, ut non recedat laus tua de ore hominum, qui memores fuerint virtutis Domini in æternum, pro quibus non pepercisti animæ tuæ, propter angustias & tribulationem generis tui, sed subvenisti iuine ante conspectum Dei. *Hæc cùm quondam Ozias Princeps populi Israël ad Juditham gloriosam illam Vetricem dixisset, omnis populus levavit vocem suam: Et dixit omnis populus: Fiat, fiat.* Credo, & firmiter mihi persuadeo, totam quoque cœlestem curiam Augustissimæ Imperatrici suæ hic acclamasse : *Fiat, fiat.* Universi autem adorantes Dominum, dixerunt ad eam: *Benedixit te Dominus in virtute sua, quia per te ad nihilum rededit inimicos nostros.* Tum attestante Regio Vate cœlestis Pater eam oleo supernæ unctionis inunxit : *Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem, propterea annexit te Deus, Deus tuus oleo letitiae præ consortibus tuis;* qui & coronam gloriæ imposuit : *Et posuit diadema regni in capite ejus;* Sceptrumque potentiae porrexit in manu : *Accipe virgam virtutis & veritatis, & esto pauperibus misericors & affabilis: Viduis, pupillis & orphanis diligentissimam curam exhibeas.* Denique in vestitu deaurato circumdata varietate collata est in throno Reginæ universorum : *Positus est thronus Matri Regis, quæ sedit ad dexteram ejus.* O pientissima Domina ! inter tot cœlestium Spirituum & supernorum civium exultantium applausus aggratulamur & nos tibi miselli, servi & subditi animitius ; vere Domina, optimam partem elegisti, quæ non auferetur à te in æternum ; sed memento, obsecro, quia propter nos ad tantam dignitatem elevata es ; *Succurre ergo miseris, iuvapuissimani.*

Psal. 44. 8. &c.

Esth. 2. 17.

3. Reg. 2. 19.

Luc. 10. 42.

6. Tandem coronatâ Reginâ, & in throno regio locatâ, solent venire Illustres, Nobiles, subditi & vasalli, homagium ei præstantes, & fidelitatem pollicentes. O si vidisses, anime mi ! omnes Angelorum choros & Beatorum ordines, quâ submissione & hyperduliae cultu hanc suam SS. ac potentissimam Reginam adorârint, omnemque ei promiserint fidelitatem ! inter quos non ultimi erant viginti quatuor illi Reges ac Seniores, qui omni submissionis affectu : *Mittebant coronas suas ante thronum.* Per quem thronum Petrus Cluniacensis SS. Deiparam intellegit, quam totius Deitatis solium appellat ; & S. Bonaventura eam vocat *S. I. in Throno thronum gratiæ Dei.* Juvat hic audire V. P. Antonium Spinellum : *Et Deip. c. 17. fol. 210.* quoniam, inquit, hi Seniores ab ea tot beneficia sunt consecuti, quibus olim viciores

Apoc. 4. 10.

Petr. Cluniac. l. 5. ep. 1.

Ant. Spin. S. I. in Throno thronum gratiæ Dei.

Victores fuerunt, nunc autem coronati existunt: idcirco venerabundi non tantum Virginis gloriae ac felicitati gratulantur, & plaudunt; sed etiam venerabundi ipsam Virginem adorantes, secundum Deum, eidem gratias agunt immortales, suosque triumphos acceptos ei etiam referunt, idque aperte testantur, ac profitentur, cum coronas suas ante Deum & ante Thronum, hoc est, Virginem ponunt.

Et nos quid agimus, Sodales Mariani, in communione hac omnium Cœlitum, Serenissimæ Reginæ suæ recens à SS. Trinitate coronatæ ag-
gratulantum, & applaudentium lætitia? Omnes viæ ac plateæ ex pu-
rissimo auro & lapide pretioso in cœlo contractæ jucundis personant
laudibus & plausibus; omnia MARIÆ laudem prædicant: Gaudemus, *Apoc. 19.7.*
& exultemus, & demus gloriam ei, &c. Et nos quid agimus? Adamus
& Eva, ait S. Damascenus, nostri generis antores exultantibus labijs altè
exclamavunt: Beata tu Filia, quæ violati mandati pœnas nobis sustulisti: Tu
mortali corpore à nobis accepto, immortalitatis indumentum nobis peperisti: *S. Jo. Da.*
mæsc. de
In cùm à lumbis nostris ortum accepisses, beatitudinem nobis rependisti, do-
lores delevisti, mortis fascias persregisti; ad veterem sedem quasi postliminio
nos revocasti; nos paradisum clausimus; tu ligni vite iter patefecisti, ex latis
tristia culpâ nostrâ venerunt, ex tristibus contra letiora per te redierunt: Tu
vitas, & cœli scala; verè inter mulieres beata es, atque adeò beatissima.
Et nos quid agimus? Surrexerunt & filii ejus, hoc est, Sancti omnes (cun-
sti enim sunt filii MARIÆ) & beatissimam prædisaverunt, & nos quid
agimus? O Domina totius universi! ô Serenissima Reginæ! congratula-
mur & nos tibi in unum, licet miselli, licet à patria extores, licet mil-
lenis pressi miserijs; mater nostra es, & post Deum spes unica salutis no-
stræ. O Domina! converte ad nos misericordes tuos ac maternos
oculos, & post hanc lacrymarum vallem ostende nobis
JESUM, benedictum fructum ven-
tris tui.

Prov. 31.26.



Uuu 3

CON-